

Gaudeamus igitur

1. |: Gaudeamus igitur, iuvenes dum sumus; :| post iucundam iuventutem,
post molestam senectutem|: nos habebit humus. :|
 2. |: Ubi sunt, qui ante nos in mundo fuere? :| Vadite ad superos, transite ad
inferos! |: Ubi? Iam fuere. :|
 3. |: Vita nostra brevis est, brevi finietur, :| venit mors velociter, rapit nos
atrociter, |: nemini parceretur. :|
 4. |: Vivat academia, vivant professores! :| Vivat membrum quodlibet,
vivant membra quaelibet, |: semper sint in flore! :|
 5. |: Vivant omnes virgines faciles, formosae, :| vivant et mulieres, tenerae
amabiles, |: bonae, laboriosae! :|
 6. |: Vivat nostra patria gloriosa Austria! * :| Vivat nostra civitas,
mecenatum caritas, |: quae nos hic protegit :|
 7. |: Pereat tristitia, pereant osores, :| pereat diabolus, quivis antiburschius
|: atque irrisores! :|
- Es ist auch folgende Zeile gebräuchlich: |: Vivat et respublica et qui illam regit! :|

Inoffizielle Zusatzstrophen:

8. |: Quis confluxus hodie Academicorum? :|
E longinquo convenerunt, Protinusque successerunt
|: In commune forum :|
9. |: Vivat nostra societas, vivant studiosi :|
Crescat una veritas, floreat fraternitas,
|: Patriae prosperitas. :|
10. |: Alma Mater floreat, quae nos educavit; :|
Caros et commilitones, Dissitas in regiones,
|: sparsos, congregavit; :|